UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CLXXXIX. Pisauren. fideicommissi de Oliveriis. De eadem materia pertinentiæ fructuum inter gravatum & fideicommissarium; Et an restituantur fructus percepti in casu contraventionis, ac ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-74060

Visual Library

de facto teſtator , vel naſcituros , vel piam cauſam in patrimonio Vrbis ſucceſſorem habere voluit , iſta ſucceſſio tanquam univerſalis potius dicenda videtur omnium completiva.

At ulterius,ſi poſito eodem diſcurſu de quo ſupra, ut bona primi teſtatoris donec per nativitatem jure obliquo vocati fiat caſus ſubſtitutionis,dicuntur perſeverare in dominio primò inſtituti , qui ad reſtitutionem ſub certa conditione gravatus eſt, ergo interim etiam hæc bona veniebant ſub nomine bonorum ipſius ſecundi teſtatoris,cum ità quamvis reſolubiliter ſua eſſent.

Diſcurrebam hæc, Tum ad inſinuandum ita caſum reſpectu iſtorum bonorum cenſeri poſſe honeſta concordia dignum, Tum etiam ad inſinuandum currẽtem errorem ſeu abuſum ita in cœca fide efformandi
10 judicium cum ſolis doctrinis ſeu auctoritatibus, non diſtinguendo caſus in quibus loquantur,neque eorum fundamenta indagando,tam circa ſubſiſtentiam,quàm fortius data etiam ſubſiſtentia,circa congruam,vel incongruam appellationem ſuper qua frequentior error verſari ſolet.

De puncto alimentorum diſputato in Rota actum non fuit, Credebam tamen illum in propoſito non intrare,cum ea quæ ex diſpoſitione textus *in l.1. circca principium verſic. ſed ſi incertum ff. de ventre in*
11 *poſſeßionem mittendo* & aliis habentur *apud Surd. de alimentis tit.1.quæſt.8 num. 4. & per Rotam deciſ. 53. poſt Fenzon.ad Statut.*cum quibu proceditur in ultima deciſione ut ſupra edita,procedant favore eius, qui futurus ſucceſſor ſperatur , ſive ejus qui jam ſucceſſionem obtinuerit,ejuſque poſſeſſor ſit, ſed ex teſtatoris judicio interdicta ſit perceptio fructuum, juxta caſum de quo *infra diſc.* 190 Secus autem in præſentiquod poſſeſſor,tàm in re,quàm in ſpe poſita directa vocatione naſcituri , à ſubſtitutione alienus erat,eiuſque poſſeſſio ad ſolum titulum adminiſtratorium referenda veniebat,ideoque ad ſummum aliud prætendi non poſſe videbatur, niſi ſalarium pro labore adminiſtrationis quod tutori illud petenti ab
12 initio deberi ac decernendum eſſe habetur *apud Franch deciſ.122.ubi add Bellon.jun conſ.94.* cum aliis per *Zacchiam de ſalario quæſt* 87. Et generaliter de ſalario præſtando adminiſtratori patrimonii vacantis plenè habetur apud *Salgad in Labyrint part.3 cap.* C 9 atque hic pro meo judicio videbatur melior magiſque juridicus titulus cohoneſtativus perceptionis partis iſtorum fructuum , quam ille alimentorum verè improprius, ac propterea ex hoc laudavi concordiam.

PISAUREN.

FIDEICOMMISSI DE OLIVERIIS

PRO

JOANNE ANDREA OLIVERIO

CUM

PETRO ANTONIO FRATRE.

Reſponſum pro veritate.

De eadem materia pertinentiæ fructuum inter gravatum & fideico[…] miſſarium; Et àn reſtituantur fruc[…] percepti in caſu contraventioni[…] fideicommiſſi pœnalis ſeù per m[…] tem civilem aperiendi; Et de c[…] lo eorumdem fructuum, eoru[…] ſuperfœtatione, ſeù multiplic[…] teſtatorem injuncto, quomodo, […] ad quid obliget,

SVMMARIVM,

1 *Caſus controverſia.*
2 *Quod cadens à fideicòmmiſſo ob […] tionem reſtituat etiam fructus.*
3 *Declaratur quando id procedat.*
4 *Quando mulier tranſiendo ad ſecunda vota […] fructus.*
5 *Suſcipiens onus faciendi inveſtimentum vel […] cum ten[…]r ad quanti intereſt illud non f[…] ctum, & idem ſi demandetur à teſtatore.*
6 *Sub nomine bonorum hæreditariorum ad […] ctum, veniunt ea quæ ex inveſtimento f[…] acquiri debuiſſent.*
7 *Ad quam rationem fructus futuri inveſtimenti […] cti debeant taxari, & quomodo.*

DISC. CLXXXIX.

Retenta facti ſerie, de qua ſupra in hac […] cauſa *d.14.* Cum teſtator Oliverius […] inſtitutis & ſubſtitutis,ut ſola medietate […] ctuũ bonorum hæreditariorũ contenti […] etatem inveſtire deberent in bona ſtabilia […] in hæreditatis augmentum,ac reſpectiv[…] dis fœminis, Atque juxtà deducta *dicto diſc.14.* […] poneretur Petrum Antonium ob ſuperv[…] teram primogenituram incompatibilem c[…] bere ab ejus portione hujus fideicommiſſi; […] inde ex parte Joannis Andreæ fratris de […] conſultus fui Primò ſcilicèt, an præfatus Petr[…] tonius teneretur ad reſtitutionem omnium f[…] um perceptorum; Secundò , quatenus […] quod factum non erat inveſtimentum m[…] fructuum juxtà præceptum teſtatoris, an i[…] annes Antonius teneretur nedum ad dictæ m[…] tis reſtitutionem, ſed etiam ad eorum fructu[…] ctuum fructus per viam ſuperfœtationis, ſeu m[…] plici, ac ſi inveſtimentum factum eſſet; Et […] quam rationem fructus calculandi eſſent.

Ad primum, ut ibi ac alibi in hac materia in[…] patibilitatis ſeu vacationis fideicommiſſi per m[…] tem civilem habetur, reſpondi negativè; Q[…] enim *Pariſ.conſ.19.lib.1.* & aliqui ſequaces, c[…] locum eſſe reſtitutioni fructuum, quoties […] tus cadit ab hæreditate vel fideicommiſſo ob […] tionem cognominis, ac inſignium contra p[…] tum teſtatoris, quod ex ipſius vel legis diſpoſ[…] præſefert caducitatem ac mortem civilem, […] men verius eſt contrarium , quoties contr[…] non ſit doloſa ſeù aliàs redoleat delictum […] poſitivi teſtatoris; Sive quod procedat in contr[…] tione eius quod adiectum eſt per viam condi[…] cuius defectus habeat vim retrotractivam, […] fingat eum nunquam fuiſſe hæredem juxta di[…] 7
onem inter diſpoſitionem conditionalem v[…] dalem de qua *diſc.154.* Vel an agatur de hæred[…]

re,vel re particulari , ut in propoſito reſtitutionis fructuum medii temporis habemus in muliere tranſeunte ad ſecunda vota contra præceptum primi viri ex deductis per *Mantic.de conjectur. lib. 11. tit.*
4 *19 Franch.& add dec.174.& 231 Gregor.& adden. dec. 187 Merlin lib.2 controv 40.*latè *Redenaſc.conſ.28.* & habetur *ſub tit. de ſervitut. ad materiam uſusfruct* & cum quibus terminis ac ſimilibus procedere videntur *Pariſ & ſequaces.*

Sed malè quoties teſtatoris præceptũ iam impletũ eſt cum ſubſequuto effectu aſſumptionis ac retentionis cognominis,& inſignium,quorum deſertio non proveniat à volũtario ſpretu,& deſertione,quæ teſtatoris offenſam ac iniuriã cũ nota ingratitudinis redoleat;ſed provenit à iuſta cauſa poſtmodum superventa aſſequendi maius emolumentum , Tunc enim ut ſupra in materia incompatibilitatis advertitur, non deſint volentes , ut ex præſumpta veriſimili voluntate teſtatoris licitè contraveniri poſſit abſque caducitatis incurſu Sed quando ex facti qualitate id recipiendum non ſit,abſolutum tamen videtur iſtam non culpoſam ſeù non criminoſam contraventionem aliud non operari niſi quamdam ſpeciem mortis civilis facientem effectus mortis naturalis ſuper obligatione reſtituendi hæreditatem vel fideicommiſſum ex nunc,non autem ut ex tunc.

Quoverò ad ſecundum quæſitum,dixi receptam eſſe concluſionem,de qua pluries *ſub tit,de uſuris & intereſſe*,ut ſuſcipiens in ſe mandatum,ſeù curam inveſtiendi pecuniam in effectus fructiferos, ac ſucceſſivè fructus multiplicandi, ſi non adimpleat, teneatur loco damnorum & intereſſe ad totum id,
5 quòd aliàs perceptum eſſet ſeù percipi debuiſſet , ſi inveſtimentum verè factum eſſet,idque non ratione uſurarum,ac moræ ob non ſolutum,ſeù non datum, ſed ob non factum,ſeù non adimpletum mandatum, ut in terminis ſuſceptionis hujuſmodi mandati faciendi multiplicum per contractum inter vivos habetur *in Romana multiplici deciſ.85.par.4.rec tom. 2. & deciſ 668.eadem par 4 tom. 3.* & latiùs in eadem *tertia Novembris 1635 coram Pirovano , & 18. Martii 1654.coram Meltio* ubi concordantes;Et de hærede, cui per teſtatorem tale onus injunctum eſſet , latè *Gratian.diſcept.540.*ubi etiam regiſtratur Rotæ deciſio *impreſſ.inter recentiores par 2 deciſ.682.*pluries enunciata *diſc præed.* ac etiam habetur *apud Dunozett.deciſ.627.& in Romana pecuniaria 15 Iunii 1665. coram Albergato*,& frequenter.

Dubitandi autem ratio ſolùm in hac facti ſpecie capere videbatur in eo quod teſtator loquutus eſſet de medietate fructuum bonorum hæreditariorum, an ſcilicèt intelligendum veniret ſolùm de fructibus bonorum remanſorum in hæreditate de tempore mortis,vel etiam eſſet habenda ratio ſuperfœtationis ſeù fructuum qui percepti fuiſſent ex inveſti-
6 mento,ſi illud ſequutum fuiſſet ; Et in hoc pariter reſpondi pro ſuperfœtatione,quoniam poſito, quod ſuſceptum mandatum adimpletum fuiſſet, ac bona fructifera de facto cum fructibus bonorum hæreditariorum acquiſita fuiſſent tunc eo ipſo effecta dicerentur bona hæreditaria & hæreditati incorporata tanquam per ſpeciem alluvionis,& conſequenter eis convenit præceptum quod loquitur de bonis hæreditariis , ut late firmatur in ſpecie *apud Gratian. d. diſcep.540* & in Rotæ deciſione ibidem regiſtrata, & repetita *d dec.682 par.2 rec.*

Demùm quoad tertium quantitatis fructuum pro illorum liquidatione,dixi quæſtionem eſſe ma-
7 gis facti quam iuris, ſiquidem juris regula ſeù præſumptio eſt,ut fructus bonorum ſtabilium importare cenſeantur ad rationem quinque pro centenario, adeoùt ſpatio annorum 20.ſortem adæquent , juxtà receptam *gloſſ.in auth perpetua Cod de Sacroſanct. Eccleſ.* de qua *apud Buratt.dec 65 & 112. apud Dunozett. deciſ. 672 num.9.*& frequenter *ſub tit.de uſuris* , præſertim *in Baren,cenſus diſ 17.* atque cum iſta regula proceſſum fuit *in d.Romana multiplic*; Verùm ut *in d.Baren.*& alibi pluries advertitur,iſta eſt nuda juris præſumptio , abſque dubio elidibilis ex contraria probatione ſeù veritate , quæ frequentius pendere ſolet ex morte regionis in hac materia vario, ideoque totum eſt potius facti quàm juris etiam circa judicis arbitrium pro moderatione temporis congrui ad inveniendum occaſiones ac faciendum inveſtimenta,quod pariter certam non habet regulam ſed totum pendet ex facti qualitate.

ROMANA

PRIMOGENITURÆ

DE BARIGIANIS

PRO

LÆLIO CARANDINO BARIGIANO

CUM

ANNA MARIA CARANDINA.

Caſus deciſus per Rotam pro Lælio.

An teſtatore mandante fructuum inveſtimentum & multiplicum cum ſola facultate conceſſa primo hæredi percipiendi quamdam ſummam quando ad certam ætatem pervenerit, talis permiſſio ſit perſonalis, vel potius conveniat omnibus aliis ſubſtitutis, Et quatenùs conveniat, An intelligendum ſit cum eadem qualitate ætatis præſcriptæ in primo hærede.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries cum ratione dubitandi.*
2 *Reſolutio cauſæ.*
3 *Quod primo inſtitutus,vel primo vocatus ſtare ſolet demonſtrativè pro omnibus vocatis.*
4 *Et de qualitate adjecta primo,ut cenſeatur etiam aliis repetita.*
5 *Quod in quæſtione decidenda attendi debeat ſubſtantia voluntatis non autem formalitas verborum.*
6 *Poſſeſſori fideicommiſſi,vel majoratus cui ſit prohibita perceptio fructuum debentur alimenta,quæ debentur etiam illi , qui ſucceſſionem ſperat.*
8 *De ratione, ob quam certa qualitas adiecta primo, conveniat vel non conveniat ſucceſſoribus.*
9 *Quod principaliter ſpectari debeat finis , ſeù effectus à teſtatore volitus.*

DISC.